

aut TEICHMEYERI, & WVCHERERI physicam, ROHRS compendieuse Haushaltungs-<sup>bi</sup>liothec, SPENERI Erklärung der christlichen Lehre nach der Ordnung des kleinen catechismi, LOEBERI teutsche theologie aliaque aliorum auctorum, auctores clasficos praeferat germanicis notis inlustratos: nec non quasdem editiones cum notis variorum, in vltum delphini, ipsius MINELLII & CELLARII. fat est.

ADDITAMENTA.

PETRVM romae primo episcopi munere functum fuisse, numquam solide probabunt pontificii.

INEPTE aguat, qui principum maiores vna serie vsque ad adamum enumerant, SVPERSTITIO in causis atheismi maxime est recensenda.

DANTVR principia connata v. g. totum est maius sua parte: quo etiam pertinet notitia DEI insita.

CLERICI regula de kamez-chatuph cognoscendo falsa est. verba eius sunt, hoc tenendum est camets semper esse magnum, cum potest cum vnica consonante, cui subiacet, syllabam efficere: cum vero aliter pronounciari nequit syllaba, nisi duae consonantes iungantur, esse paruum. vid. eius art. crit. tom. I. part. I. c. 4. §. 6.

ADMITTO in N. T. hebraismos stricte ita dictos: nego autem in scriptis PAVLLI esse cilicismos.

MOSIS physica vera, sed non sufficiens est.

ARTEM metalla resoluendi MOSEN calluisse, non probat quod vitulum, idolum iudaeorum, reduxerit in puluerem.

ASTROLOGIAE iudiciariae fidem nullam do.

SCRIPTVRA sacra interdum optice loquitur v. g. quando dicit terram firmiter stare, & solem decurrere.

DORNMETERVS minus adcurate diabolium philosophum vocat. vid. eius philologiam biblicam p. 172.

POLTGAMIA iuri naturali non aduersatur, sed polyandria.

celeb. CHRIST. THOMASIVS LVTHERVUM cum HOFFMANNO male coniungit, adferens eum aequae, ac hunc ex odio in philosophiam docuisse, aliquid esse verum in philosophia, quod sit falsum in theologia. vid. eius philosoph. aulicam c. V. §. 42. p. 114.

CALVMNIA est, quando IACOBVS GRETSERVS in luthero academico praefertim c. XIII - XX. adferit, LVTHERVUM philosophiae ignarum & hostem fuisse.

QVI in stilo nimis anxii sunt in selectu & dimensione vocum; in iis praecipuas stili virtutes perspicuitatem & suauitatem desiderabis.

QVI conscriptis orationibus aut laudant res minime laudandas, aut vituperant res minime vituperandas, oratoria non vtuntur, sed abutuntur. conferatur HEINSII oratio de laude pediculi, & BVRMANNI oratio nuper in studia humanitatis habita.